

claretur irruptionibus. Melius dici potest, hunc exercitum, & prælium Ecclesiæ potiùs, & Ecclesiastici status, quàm Principis sæcularis, cum fiat ad exaltationem & augmentum fidei.

31 Igitur ne Ecclesiæ, Christianaque respublica molestias, & incursiones inimicorum sanctæ fidei pateretur, tres prædictæ gratiæ eis à Sancta Sede concessæ fuere, ut ex processu, & producto ab eis, atque simul ex Regio patrimonio fortis reddatur Catholicis exercitus, & vincat Leo.

32 Ad executionem harum concessionum, & gratiarum Commissarius est quidam generalis, qui præest omnibus causis, & negotiis eas attingentibus, isteque Commissarius Ecclesiasticam, & spirituales jurisdictionem exercet, delegatam scilicet per Summum Pontificem, cum res, & personas Ecclesiasticas, & spirituales comprehendant gratiæ hæ, & temporalem etiam à nostro invictissimo Rege concessam, sic per vim auxilii & brachii sæcularis illam directè, & realiter sibi dante, & attribuente, ut in consilio, quod vocamus de la Cruzada, causas dirimat temporales, quæ coram ipso frequenter inter sæculares tractantur, in quibus potuisset jurisdictione declinari, qui licet præsit d. consilio Cruciatæ, non appellatur Præses, sed Commissarius generalis, sicut dictus, quia commissam sibi jurisdictionem, & delegatam à Papa, & Rege exercet, & Generalis ad differentiam cæterorum Commissariorum inferiorum subdelegatorum, quibus ipse immediatè præest; qui etiam alibi conveniri non potest, quàm coram Summo Pontifice, ac pariter ejus ministri in his, quæ sua respiciunt officia, & munera, alibi conveniri non queunt, nisi coram ipso Commissario generali, ut in eadem concessionis Bulla, & gratia dicitur, & refertur in

33 compendio 3. gratiarum edito per doctissimum virum scientiâ, & experienciâ decoratum, magnaue ingenii facilitate, & claritate præditum, omni laude, ac sublimi præmio dignissimum, Licen. Perez de Lat. fol. 66. in prin. tit. de los privilegios y eseniones, &c. l. 1. & ibi fol. 16. tit. del officio del Commissario General, multa de tali officio videbis, & invenies.

35 Iste Commissarius generalis tenetur suam commissionem subdelegare in singulis Diocesisibus, & Capitibus Provinciæ, sive patrii his, qui in Cathedralibus Ecclesiis præbendas habuerunt, Magistratus, & Doctoratus, aut inquisitoribus, si ibi sint, & in eorum omnium subdelegatorum absentia, vel impedimento alios subdelegatos nominet ipse Commissarius Generalis, qui quidem sint periti, & literati, graduatque, ac intemerata conscientia, & opinionis, dummodo isti Commissarii subdelegati in singulis Diocesisibus duos numero non excedant, juxta l. 12. §. 2. in tit. 10. lib. 1. recopilat. & in concordia regnorum Castellæ, & Leonis super excusato, quam transactionem accepit Rex noster, relata in d. compendio trium gratiarum lib. 2. del excusado, fol. 66. §. item que por los reverendissimos jueces Commissarios &c. qui quidem subdelegati cognoscunt de omnibus causis quomodolibet contingentibus bona, & administrationem eorum, & rationem dictarum gratiarum, & compositionem Bullarum, bonaue etiam eorum, qui ab intestato decedunt, sine consanguineo intra quartum gradum, & ea, quæ deperdita, & pro derelictis habentur, & sine proprii Domini cognitione sunt (quæ nos monstrencos dicimus) quæ simul annexa, & applicata sunt Cruciatæ, de quo & de modo procedendi in his causis, & in bonis, & in applicatione bonorum deperditorum; sive monstrencorum, & ab intestato venientiam, vide latissimè, & omnia de materia require d. compendium, lib. 1. fol. 276. cum seqq. ubi ad amissim instructiones procedendi, his subdelegatis datas, & ad quæ earum extendatur cognitio refert, multaque de iis mentio fit in l. 10. tit. 10. 1. lib. recopil.

36 Quarum omnium causarum cognitio ad eos priva-

tivè pertinet: ita ut Præsidentes, & Auditores omnium in universum Cancellarium, cæterarumque audientiarum regaliū inhibiti sunt expressè, in l. 11. l. 1. recopil. ita ut de eisdem causis, & negotiis cognoscere non possint, nec recipere appellationem, seu appellationes à sententiis, decretis, seu iussibus, & compulsionibus interpositas, quas si forsitan recepissent statim ad d. Commissarium generalem, seu ejus subdelegatos remittant, nec de his sententiis, & decretis recursum aliquem etiam per viam supplicationis, gravaminis, nec nullitatis ad ea tribunalia eatur, nec ad alia etiam inferiora, sed tantùm ad suprascriptum Commissarium generalem, ad quem dictorum tantùm cognitio pertinet ex d. l. 9.

Quod adeò verum est, ut dicta inhibiti etiam ad nostrum casum extendatur, ita ut nullo modo cause prædictæ quomodolibet coram d. Commissario generali, seu ejus Commissariis, & subdelegatis tractare contigerit, ad prædicta suprema tribunalia per viam violentiæ remittantur, juxta l. 8. d. tit. 10. lib. 1. recopilat. quæ idem disponit circa quartas Regibus pertinentes, ibi: *Apedimiento de algunas personas mandan traer los procesos, &c. sean fecho y tratado ante el juez Commissario, y executor general, y ante sus subdelegados à las dichas mis audiencias Reales por via de fuerça, y que cognoscen dellos, y que les mandan otorgar las appellaciones, que interponen de los dichos Commissarios, y jueces generales, particulares, y que los compellen, y apremian à esto, y porque esto podria ser en gran danno, y perjuicio de las dichas Bullas, y subsidios, &c. mandamos à los dichos Præsidentes, y Oidores, que no vos entremetais, à conoscer por via de fuerça, ni otra manera alguna de causa processo, ni diferencia vocante à las dichas Cruzada Bullas, y quartas, y subsidios, y quantas dello, ni admitais peticiones, &c. idem tenet Bobadill. in Politi. l. 2. cap. 16. num. 9. Rodrig. de annu. reddit. lib. 1. quaest. 17. num. 75. Azeved. in l. 2. tit. 6. lib. 1. recopil. fol. 146. in prin. refertur etiam in d. compend. lib. 2. del subsidio, tit. de concor. de Castil. y Leo, fol. 10. versic. otros que sun à gestad ad fin. Joseph. tract. de inhib. cap. 30. §. 1. sub num. 44. & iterum in epist. ad Regem, num. 99. quæ est in 2. tom. de cif. ad prin.*

Imò causis subsidii, nempe, circa repartitionem, quæ fit per repartitores eajuscunque Ecclesiæ, & diocesis, statim talis repartitio exequitur, vehiturque ad debitam executionem absque aliqua dilatione, non obstante quacunque contradicitione, aut appellatione, nec possint dari provisiones Domini Commissarii generalis ad effectum impediendi prædictam partitionem, factam exactionem, nec executionem ejus, quod si in contrarium factum sit, & dari provisiones tales contigerit, obducuntur, & non adimplentur, nec eis obstantibus cessat dicta repartitio, exequutio, nec recollectio ejus, ut constat ex dicta concordia regni Castellæ, & Leonis, de qua in d. compendio, ubi proxime, fol. 11. versic. otros el repartimiento que se hiziere del dicho subsidio, &c. ita etiam in eorum executione, & collectione proceditur appellatione postposita, & remota, ut probatur ibi f. 6. §. en la Cobranza del subsidio, quod etiam jure communi videtur probari: nam cum hic agitur de collectione rerum in subsidium militiae concessarum: cum non requiratur altiorum indaginem in eis, recipienda appellatio non est, ad effectum demorandi executionem collectionis, quoad effectum suspensivum saltem: de rebus etenim est, quæ dilationem non patiuntur; expendo ad propositum text. firmè expressum in l. si res delationem, fin. ibi: Si res delationem non recipiat, non permittitur appellare, veluti nec testamentum aperitur, ut D. Adria. constituit, nec frumentum in usum militum in annonæ subsidia contrahatur, &c.) qui text. ad propositum elegans est, & quia cum hoc respiciat militum alimenta, & sustentationem, & ad id solum concessum est à Pontificibus ad sustentationem, & alimoniam 100. galerrarum, & tremium contra perfidos, & ideo dicitur, & appellatum est subsidium, ut expressè dicitur in d. compend. l. 2. del subsidio eques ea la gracia, y concession del subsidio, fol. 3. ad fin. & fol. 1. quo casu quod charitativum subsidium pro alimentorum, nempe, necessitate etiam ab Episcopo impositum habet hoc idem privilegium, ut in eo minimè appellatio admittatur, ut expressè tenet Bellocin. in tract. de charitativo subsidio, q. 55. Guiganf. de pensio. q. 95. n. 4. igitur si in his causis potest judex, lege permitte, & absque vicio attentati suam sententiam exequi, non obstante appellatione; frustra quæreret hoc defensionis auxilium appellans, cum judex nullam vim facit, nec injuriam exequendo sententiam privilegiatam, & sui natura exequibilem, arg. reg. qui jure suo, de reg. jur. quorum processum tractado ad suprema tribunalia maneret illud foria, quod evitare judices, & jura debent, ex textu in cap. causam qua, ubi omnes Doctores communiter solent adnotare l. 3. §. plus dicit, ff. ad exhibendum, & in §. interdum, ibi: Quia vindicare non possunt, nec ad exhibendum experiri, &c. nec tali appellanti prodest protestatio violentiæ coram iudice Commissario generali, vel ejus subdelegato, quia protestatio de illo actu facta cujus eventus nihil operatur, nihil valet, nec verenda est, l. hæc stipulatio, §. divus, ff. ut legator. nomine cave. l. non cogendum, §. fin. ff. de procur. omnes Doctores in l. non solum, §. morte, ff. de oper. nov. & in c. cum M. Ferrar. de constitutio.

41 His & proximus quartus casus est, & ab hac regula supraposita exceptus, causæ nempe, quælibet attingentes conservatores Salmantinae universitatis, nam ab eo quod Magister scholarum, & ejus locum tenentes pronuntiant, decernunt, & declarant, si appellationibus super ipso interpositis non detulerint, nec deferant, sed his propositis ad sententiarum executionem procedunt, prohibitum stat provisiones ordinarias à Cancellariis, & audientis supremis dari, ut ad eas processus trahantur ut constat ex l. Regia 18. cit. tit. 7. l. 1. recopil. Boba. in Poli. l. 2. c. 16. n. 9. & alii ex rationibus in d. c. 1. Regie, à scriptis cæteris motivis ad privilegium studentibus concessum.

42 Unum tamen dissimulare non possum, quod frequenter in tribunalibus versatur, sæpeque de eo dubitari videtur in l. 20. cod. tit. 7. lib. 1. dum disponit, & restringit jurisdictionem Magistris scholæ ad duas dietas tantum, restringensque l. 18. §. 2. qua quatuor dietæ concedebantur, procedat, & habeat locum non solum quando scholasticus est actor, & vult trahere ad d. iudicem suum alium, potè, sæcularum, sed etiam procedat, quando scholasticus reus est, ita ut scholasticus Salmantinae matriculatus, & in quo qualitates requisitæ concurrunt ad utendum hoc privilegio, si extra duas prædictas dietas degat, & ibi conveniatur, & accusetur coram iudice ordinario, cujus jurisdictionem declinaverit, an remittatur ad Magistrum scholarum. Quid autem sit dieta; quæ stadia comprehendat, & istæ duæ dietæ à quo incipiant numerari, & usque ad quem locum, vide latissimè, & ex aliis per Azeved. in d. l. 20.

44 Et brevibus solvendo dico & suppono ex d. l. Regia, scholasticum posse trahere ad suum Magistrum scholarum reum quemlibet; etiam sæcularum; vel alium suum debitorem, ut constat ex d. l. 18. & ibi Azeved. itaque omnes dietæ, de quibus loquitur jus Canonicum in c. nonnulli de rescript. & in cap. statutum, §. cum verò, & §. cum autem, cod. tit. in 6. & in c. olim. 7. de exceptio. & in conservatoriis, & legibus Regiis, non limitata fuere, nec esset necessarium, nisi quando aliquis in prima vel secunda instantia extrahitur à proprio foro, & dicecisi contra regulam juris, quæ habet, quod actor forum rei sequi debet; & quia privilegium, quod contra hanc juris regulam habet scholasticus, ut tradit Rebuff. in tract. de privil. scholast. privil. 61. & 62. indistinctè, & absque limitatione distantie nimis esset ipsis reis damnosum, Salgado de Protect. Reg.

& sic in d. §. 2. lib. 18. cum necessarium, & rationi congruum visum fuit jubetur ut Magister scholarum, seu ejus locum tenens minimè possit ad se trahere personam aliquam ultra dictas dietas, quæ referenda sunt ad scholasticum, qui ut actor trahit reum ad suum iudicem, ex gloss. expressè in c. si diligenti, verbo pertrahant, de for. compet. quæ allegans cap. in l. 1. q. 1. dicit referendum ad actorem, ex cujus propria verbi significatione d. cap. si diligenti, &c. nonnulli, cap. olim, supra allegata audent. habita, ibid. trahere ventaverint, quia reum trahit invitum actor, ut ex Rebuffo in l. 11. de verbor. signifi.

Sicque d. l. videtur loqui in scholastico, ut actore trahere volente alium extra duas dietas coram suo iudice scholastico, & ita est communis praxis Salmantina. At quoties contigerit scholasticum, etiam in remotis conveniri sive in civilibus, sive in criminalibus coram iudice ordinario illius provinciæ; à suo scholastico statim ut ipse postulet, sibi dantur conservatoria in certis constitutionibus universitatis, & clausulis Bullæ Innocentii, relata ad literam per Azeved. in d. l. 20. ubi per te videre poteris: d. autem l. 20. solum venit ad restringendum quatuor dietas prædictas, de quibus in d. l. 18. c. 7. ad solas duas, ut inquit Azeved. in d. l. 20. à princip. ubi dicit, studentes suos trahere debitores usque ad quatuor dietas, idem dicit Rebuff. ubi proxime, privil. 161. ubi allegat nostram legem Regiam, dicitque Innocent. VIII. has dietas reduxisse ad jus Canonicum decretalium; nempe, cap. nonnulli 28. de rescript. & sic intelligit, prout intelligenda est d. l. Regia Hispana Bulla, & conservatoria, quas refert, quando scholasticus actor est, & in privil. 165. & 177. mentionem facit de transactione concord. & pacto sanctæ fidei, de qua in dicta lege 18.

Et sit resolutio, ut scholasticum Salmantinum in universitate matriculatum, in quo cætera requisita in d. l. 18. concurrunt, quocunque vadat, & ubique locorum, comitatur suum privilegium fori, & sequitur, sicut umbra corpus, aut si conveniatur, vel accusetur civiliter, vel criminaliter coram iudice ordinario etiam extra prædictas duas dietas opponens fori exceptionem, ad Magistrum suum remitti necessariò debeat cum elogio l. non dubium, ibi: Illud à quibusdam observari solet, ut cum cognoverit, & contiterit, remittat illum cum elogio ad eum, qui provinciæ præest unde is homo est, quod ex causa faciendum est, ff. de custo. & exhib. reorum, ut in milite l. de militib. ibi: Ita servatur, ut ad eum remittantur, si quid deliquerint, sub quo militat, &c. ff. eod. l. desertorem, cum aliis pluribus de re milita. & in clerico, c. si iudex laicus, de sent. excomm. in 6. & alibi passim; & ita communis stylus dietæ universitatis Salmantinae d. l. Reg. interpretatus est, & declaravit, secundum quam declarationem, & stylam vidi iudicatum fuisse in hac alma aula, & Galleco tribunali, ubi scholasticus extra dictas dietas delinquens, & accusatus hic, opposuit fori exceptionem: replicante verò adversario ipsum scholasticum degere ultra dictas dietas, & nihilominus post hinc inde longam disputationem, & controversiam negotii Senatus se incompetentem declaravit, dictumque scholasticum uti in hoc casu suo privilegio, & sic remittendum esse ad Magistrum scholarum, vel ejus locum tenentem, & in alio negotio huic simili Pinfiana Cancellaria, dum Burgenfi erat, declaravit & in alio negotio cujusdam consanguinei mei, idem declaravit eadem Cancellaria, licet antea in hoc Senatu Galleco in eodem negotio, scholastico absente, & contumace, contraria sententia lata fuit, licet enim postmodum contingens in priori casu, magis cognitio de causa, se non iudices declaraverit.

Illud tamen rei, de qua agimus, utilissimum non omittendum est, au causæ, & negotia agitata coram delegato Magistris scholarum ad partes remotas dari



solito eadem prerogativa fungantur, qua gaudet ipse Magister, ne possint per viam violentiae, ad Senatum trahi, exemplo res fuit manifesta, nempe, in casu supra dicto, vel quando scholaris extra salmantinam Universitatem degit, & ibi deliquit, accusatur coram Cancellaria, vel Regia audientia, vel alio iudice, Magister scholarum emittit inhibitionem, vel supplicatorem cum comminatione censurarum, & ut ad eam respondeat Procurator Regius fiscalis, vel iudex, commodius solet dictus Magister delegare causam super illa exceptione declinatoria, alicui in illo eodem loco, ut declaret, an gaudere debeat scholaris privilegio, vel non, iudicibusq; & tribunali imponat censuras, & interdicta; nunc quæro igitur, an si iudex à declaratione, & interdicto appellaverit, & protestatus esset auxilium Regium hoc, an eo uti posset, & sic an causæ huiusmodi iudicis delegari possint trahi ad Cancellariam per viam violentiæ, quæstio est à nemine, tacta, videtur quod sic: Primò, quoniam quando causæ committuntur alicui cum clausula, recursu, vel appellatione remota, si eam subdelegaverit, nihilominus à subdelegati pronuntiatione, sententia vel gravamine licet à delegantis sententia vel gravamine nullum haberet: text. est in c. super quæstio. §. nos autem, de off. & potest. iud. delegat. ergo licet per d. l. 18. Magistro scholarum hæc sit attributa potestas, ut ab eorum violentiis, & gravaminibus non habeatur recursus ad regalia, & suprema tribunalia per viam violentiæ, non debet hæc ipsa ad delegatos transferri, & transmitti.

51 Contrarium tamen de iure verius existimo, eo fortissimo fundamento, quoniam quando in causa ex natura sua, & sui iure communi est exequibilis, & non appellabilis; tunc in quemcumque delegatum cum illa qualitate transit, quia qualitas rei non alteratur ex persona successoris; text. est in l. 2. §. ex bis, ff. de verb. oblig. quia omnis res transit cum sua causa, & qualitas quæ inhæret rei, transit cum ea in quemcumque successorem l. Imperatores, ff. de vestig. & commiss. iuxta quam doctrinam intelligenda sunt quæ Abb. in c. signifi. n. 25. circa med. de for. compet. & in c. cum in veteri. de electio. tradidit, quod delegatus debet cognoscere de causa eo modo, & forma, qua fuisset cognita, facta non esset delegatio sed apud delegantem retenta; nam si sententia qua metetur exequutionem, alicui committatur, vel delegetur, minimè ab hic delegato appellatur, quemadmodum nec posset ab ipso delegante, l. ab executio. C. de appell. ab executio. ff. cod. quia hoc provenit ex natura rei commissæ à qua non datur appellatio, nisi in certis, & limitatis causis in d. iuribus expressis. Sed his causis scholasticorum (de quibus agimus) ea sua propria natura, eo quod à iure illa est qualis inventa, ut pro eorum violentiis à supra tribunalia non eatur, non propter ipsos Magistros scholarum, sed propter ipsos scholasticos tantum & universitatem ut probatur expressè in d. l. 18. 1. Que nos place, por hazer favorà la dicha universidad, y personas della, & iterum ibi: no mandeis sobreseer la dicha execucion, ni traber ante vos los procesos como se suele hazer en las otras fuerças, &c. in l. eadem, in §. 1. ideo dicit, concedi debere privilegium; quia aliter: Los estudiantes del dicho studio dexan de estudiar y han los Doctores de leer, y Cathedraticos sus Cathedras por ir à poner recando en sus Pleytos, y causas, &c. bonus text. in l. 4. Cod. de silenti. amb. habita, Cod. ne fil. pro par. & Innoc. VIII. in sua conservatoria, f. 171. inter constitutiones Salmantinas, Rebuff. privil. §. 3. ergo cum hoc privilegium ipsis scholaribus tantum absque alterius contemplatione sit concessum, & ipsi sunt qui litigant coram delegato: ergo coram ipso durare debet, arg. c. cum persona, de 54 privil. in 6. quia cum adhuc daret causa privilegii, cum ea debet negotium ad delegatum transire, l. si convenierit, §. si fundus, ibi: Manere causam pignoris con-

stitit, quia cum sua causa fundus transeat ff. de pignori. actio, durat enim non autem cessat ratio finalis ipsius leg. arg. cap. cum cessante, de appella. l. adigere, §. quamvis, de iur. part. l. 1. §. huius rei, de off. ejus, cui manda. est iur. l. quod dictum, ff. de pact. cum aliis. Ad argumentum autem responderetur; quod procedit in provisione, & dispositione hominis, non legis, quod passim, ac frequenter solet variari, mutari, & alterari, & pro comprobatione huius difficultatis, & resolutionis, vide quæ latissimè in similibus terminis multis dictis comprobantes congregimus infra, 3. parte, cap. 11. per totum, quæ omnino hic conducunt.

Aliud tamen obiter animadvertere libet, quod quando hi iudices decernunt censuras, vel interdictum contra auditores alicujus tribunalis supremi, vel alii etiam quilibet iudices Ecclesiastici pro eo, quod scholasticum vel qui se clericum dicit, idem tribunal detinet, negatque relaxandum, à quibus censuris, & interdicto Regius fiscalis ipsius Audientiæ, vel Cancellariæ defensor jurisdictionis regalis, appellet, & protestetur auxilium violentiæ, praxis obtinuit, & obtinebit, ipsum idem tribunal cognoscere de hac eadem vi, si sub ejus districtu est iudex Ecclesiasticus, qui idem excommunicavit, vel interdixit, sui autem, id est, non sit sub ejus districtu, puto recurrendum esse ex parte fiscalis, ad id tribunal, sub cuius districtu iudex deget, juxta l. 39. tit. 5. l. 2. novæ recopil. fol. 64.

Hactenus de his causis, & negotiis, quæ reperiuntur absolutè prohibita, protrahi ad suprema prætoria per viam violentiæ, atque in eis à principio denegantur provisiones ordinariæ, prout videre ex iis quæ hæcenus dicta sunt.

Aliæ autem sunt causæ, quæ non absolutè sunt prohibita (ut diximus ad princ. huius §.) sed deficiente qualitate, prout sunt appellationes à sententia merè interlocutoria, quæ nec habet vim definitivæ nec continet damnum irreparabile, nec præjudicium parat causæ principali, de quo in l. 38. tit. 5. lib. 2. recopil. ibi: Para que no otorguen las appellaciones de autos interlocutorios y estos en grande agravio de las partes, y se impide la vista de otros muchos negocios, mandamos à los Presidentes, y Oydores de las dichas Audiencias, que de aqui adelante no libren cartas para traber por via de fuerça procesos algunos Ecclesiasticos de autos interlocutorios, salvo si fueren tales, que tengan fuerça de definitiva, y que en ella no se pueda reparar.

Et cum difficile sit propter varietatem, & intricatio- nem causarum, in quarum discursu rei natura & qualitas alterari solet docere de huiusmodi qualitate, quæ fundatur Regia potestas, nec aliter directè, nec indirectè, possit constare legitime, quàm per ipsorum actorum inspectionem; ideo necesse est, ut acta exportentur ad tribunalia, ut inde deducatur, an sit appellatum à sententia, aliquam ex dictis qualitatibus habente, prout aliàs videmus etiam in jurisdictionalibus, ubi qualitas attribuens jurisdictionem, prius debet constare, l. 2. §. sed si dubitatur, ff. de iud. l. si quis aliena, eodem tit. l. 1. §. aut prætor, ff. ne quid in flumine publico, l. prætor. §. docere, ff. de honorum r. apto. B. in l. multum, ff. de condit. & dem. & in l. si finit a, §. Julianus, ff. de damno infecto, Paris. de syndicat. §. iudices puras, col. 3. versiculo iudice tempor. n. 13. cum aliis relatis ab Andrea Gaill. in tract. de pace pub. c. 13. n. 12. & seqq. libr. 1. plurima notanda in proposito congerit Fari. in tract. crim. tit. de inquis. qu. 8. nu. 85. & seq. qu. 1. n. 87. & n. 10. à n. 26. & maxime ubi non auditur contradictio, nec in contrarium allegatio, ut hic, de quo latè Fari. ibi, Mart. de iur. 4. p. cent. 2. cas. 129. à n. 20. fol. 225. & casu. 145. n. 3. 4. & 8. quare processu adducto cognoscitur, & inspicitur in Senatu natura, & qualitas appellationis verè, & evidentè, & secundum eandem decernere solent, vel deferre jubere, vel in totum remittere, & ita communiter practicatur dicta

dicta lex Regia 37. quia stylus, & usus optimus est legum interpret.



CAPUT III.

Appellanti ab aliquo gravamine, quo finem suæ iudex jurisdictioni imponit, vel aliter expirare, ita ut ea penitus ad reponendum careat, vel quando post gravamen illatum iudex abiit, vel obiit: quemadmodum supremus Senatus per viam violentiæ aditus, consulere queat.

SUMMARIUM.

- 1 A declaratione iudicis se non iudicem declaranti vel se inhibentis, legitime appellatur, & Senatus Regius appellationi deferendum decernit, vel tertium genus decreti expedit, & ibi exemplum.
2 Iudex Ecclesiasticus provisioni Regiæ sibi intimatæ respondens, jurisdictione, carere, ut pluribus casibus ibi relatis; quid faciendum, ne inane sit decretum Regium.
3 Iudex referens appellationi alias non legitime, seu non deferendæ, abdicat à se omnimodam jurisdictionem.
4 Iudex inhibitus ad inhibitionem superioris, vel se inhibens, caret jurisdictione, nec aliquid decernit in sententia executione, etiam privilegiata.
5 Et idem in iudice se declarante non iudicè remissivè.
6 Iudex qui functus est officio suo, non potest se in causa intrromittere.
7 Repositio actorum, seu alii actus jurisdictionales geri non possunt ab alio, quam à iudice non privato, seu jurisdictione carente.
8 Omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissolvitur, ibid.
9 Solemnitas quæ requiritur in construendo, requiritur in destruendo, ibidem.
10 Valet argumentum de contractu ad distractum, ibid.
11 Iudex Ecclesiasticus non debet astringi per provisionem Regiam ad faciendum id, quod sibi iure prohibitum est.
12 Revocare, & reponere attentatam appellationem pendente pertinet ad iudicem ad quem, non ad alium.
13 Secunda iussio, vulgo sobre carta, decernitur in Senatu contra iudices Ecclesiasticos volentes evitare repositionem attentatorum respondentes provisionibus Regiis non posse attentata revocare, quia caret jurisdictione.
14 Jurisdictio necessaria non est ad effectum reponendi attentata.
15 Iudex procedens juris ordine non servato reputatur privata persona, & sine jurisdictione.
16 Que de facto sunt à iudice, de facto per eum revocari jus est.
17 Iudex qui permissio juris ordine, & sine citatione possessionem abstulit, poterit de facto eam revocare.
18 Iudex facilis in concedendo, ita debet esse in reponendo, ibidem.
19 Iudex qui tenutam, & possessionem abstulit alicui non citato; illam eidem restituere potest, nec sibi obstat quod officio suo functus sit.
20 Iudex revocando possessionem nulliter datam procedit tanquam persona privata, & presumitur facere modo, quo facere potest.
21 Jurisdictio non requiritur ad revocandum ea, que de facto sunt à iudice.
22 Attentata licet regulariter ad iudicem ad quem revocare pertineat, tamen, potest etiam iudex à quo attentata post appellationem à seipso revocare.
23 Attentatum à parte, & attentatum à iudice à pari procedunt ad hoc, ut iudex attentans possit revocare, ibid.

- 19 Libera facultas conceditur à iure iudici à quo ad revocandum attentata cum sit ad faciliorem causæ exitum.
20 & 21. Interlocutoriam executioni mandatam non revocat iudex, nisi nulla sit, nam tunc revocat, & executionem reponit.
22 Propositionibus Regiis quotidie jubetur iudici Ecclesiastico vim inferri, appellationi deferre, & attentata omnia reponere per seipsum, ipseque reponit cum effectu.
23 Violentiarum cognitio inanis esset, si iudex, qui attentavit, non possit reponere attentatum, prout sibi jubetur à Senatu.
24 Iudex Ecclesiasticus ad reponendum non eget jurisdictione, & ideo contra eum secunda iussio, vulgo sobre carta expedienda, ad reponendum cum effectu, ibid.
25 Executor, vel alius iudex delegatus Pontificis seu Nuntii ad aliquam causam si attentat, & dum pars gravata accedit ad Senatum, abiit in longinquo secum acta processus asportando: pars gravata debet occurrere ad superiorem iudicem ipsius gravantis, n. 24. & non ad Senatum.
26 Acta processus sunt necessaria, ut violentia in Senatu detegatur.
27 & 29. Violentia, seu iniquitas iudicis allegata in procedendo ex actis ab eo gestis constare debet.
28 Defectus processus ex actis ibi constare debet.
29 Princeps, & ejus Regia tribunalia in elevata vi illata à iudice Ecclesiastico, sine jurisdictione, & extrajudicialiter procedunt, & ideo recipere testes, vel alia judicialia facere absolum esset, d. l. 36. tit. 5. lib. 2. recopil. explicatur in illis verbis, el proceso originalmente el qual trahido sin dilacion, &c. ib.
30 Ablativus absolutus importat conditionem, & formam sine qua non habet locum dispositio.
31 Processu originali non adducto, non cognoscitur de violentia in Senatu, ibid.
32 Dicitio, si, in dispositione apposta, illam reddit conditionalem, qua deficiente non verificatur dispositio.
33 Lex requirens aliquod genus, seu modum probationis in aliquo actu, debet adimpleri specificè, & aliter probari nullo modo potest.
34 Lex, seu statutum potest occurrere aliqua militate, aut evidente causa (ut hic) facere ut probatio valida, & perfecta in aliquo actu, sit invalida & imperfecta.
35 Lex, vel statutum factum ob publicam utilitatem si requirat certum genus probationis, non admittitur alia probatio simul cum requisita.
36 Senatores abstinere debent à violentia, & cognitione, cum ex defectu processus sibi apparere non possit, cum nihil certum decernere possint.
37 Lex ablentis, ff. de penis, declaratur, ibid.
38 Cognitio violentiæ processu originali adducto ad tribunal Regium rectè procedit, & decretum tribunali, prout ex actis adductis colligitur.
39 Decretum expeditum in Senatu in causa violentiæ quomodo exequendum, si iudex Ecclesiasticus, contra quem datum est, absit, remissivè.
40 Notarius apud quem adsint acta gesta per iudicem Ecclesiasticum contra quem violentia interata est in Senatu, etiam absentem, compellendus est ad exhibenda.
41 Tabellio debet registrarum, seu protocolium instrumentorum actuum judicialium, & extrajudicialium secù retinere, & non potest tradere partibus nisi iudicis præcepto.
42 Regium tribunal quemadmodum se habere possit ad executionem decreti violentiæ lati contra iudicem Ecclesiasticum post gravamen illatum absentem & abentem.
43 D. l. 36. tit. 5. lib. 2. recopil. ponderatur in illis verbis, provean que el tal juez la otorgue, &c.
44 Iudice Ecclesiastico vim inferente mortuo ante repositionem, an evanescere decretum violentiæ debeat, cum ipse sit gravans & attentans, & contra eum oppressus in Senatu querelam obtulit, & decretum contra eum dirigitur.